

Decimatertia

rimo quantū ad satisfactiōē ⁊ elemosinā: Sibijpsis ad ratioā
bilem sufficientiā extrahere potuerūt. **E**x secūda ciuitate tan
tum honore ⁊ dignitatē quantū pter eorū psecutiōē ⁊ alioꝝ e/
lectionē ppulsi ferre valuerūt. **E**x scia tātas delicias quātis p
corporis recreatione sobrie indiguerūt. **R**eliq̃ vō bona per an
gustā mortis portā egrediētes mūdo dimiserūt. **H**anc mortē cō
ditiōē mūdani p̃siderēt scz rapacitatis vniuersorū vt disponāt
cōgruētius domui sue qz morientē ⁊ non viuēt.

Decimatertia Cella



Morte discipulus in decimatertia cellā introdu
cit. **I**n cui⁹ pmo latē vidit xpm in orto sāgu/
neis inuolutū sudorib⁹ orātez. **I**n scdo xp̃ife
ram ṽginē in lecto recubentē/ suauit in aploꝝ
pntia ab hac luce migrātē. **I**n 3. siquidē latē
multi q̃uis q̃ui morte laborātes bilarit viam
carnis egrediebant. **I**n q̃rto latere per oppositū quidā morte
naturali satis dulci moriētes/ t̃stes t̃m finē clausērūt extremum.
Ex hac pictura aliā p̃ditiōē mortis. s. amaritudinē discipulus
didicit ⁊ insperxit in x̃ philosophicā attestatiōē iij. ethicoꝝ/ om
nium tribulū tribilissimū eē mortē corpis. **P**ri^m lat⁹. **H**ec
vō pictura quo ad h^m lat⁹ docz xpi mortē int̃ oia mortē genera p
matū obtinere/ qd̃ designat pictura in orto/ q̃ mortis p̃ciēs ad
uentū/ sanguineas guttas sudādo calicē passionis ab eo auferri
porauit/ dixitqz tristis est aiā mea vsqz ad mortē. **P**ro quo sci
endū qz martyriū xps duplex passus ē. vnuz. s. in corpe: aliud in
aiā. **D**e martyrio qz corporali nūq̃ alicui⁹ martyri passio tā du
ra aut penal/ q̃ potuit passioni sue p̃pari. pbat b̃ auctas **I**here
mie **D**vos oēs qui trāsitis per viā attēdite ⁊ videte si est dolor
similis sicut est dolor meus. **S**ecūdo hoc p̃bant signa: qz nunq̃
visa sunt tot signa in martyrio alicui⁹/ quot in passione sua/ du
riciam ⁊ penalitātē eius ostendētia. scz qz sol obscuratus est/ ter
ra mora/ velum templi scissum ⁊c. **A**c si lamentosis clamoribus
sensum pie compassionis acciperent: dei filium in cruce deplo
rantes. **T**ercia ratio est qz cōplexio xpi nobilissima fuit: tuz in/
corruptionis carnis rōne. tumqz et qualitatum elemētariū pro

portionabilissima vnione vel permixtione/ qz carne incorrupta
 assumpsit de vrgine/ per immunitatē ōnis peccati originalis. i. i
 ordinate ꝑcupiscētie. tali at ꝑplexioni ꝑuenit ꝛ speciositas ꝑtri
 tudinis/ ꝛ robur fortitudinis. **Q**uia ergo elemētariū qualita
 tum ex quibus cōponit homo proportionabilior et violentior
 est dissolutio: hinc ꝑz qz corporis ꝛ anime sue separatio int cete
 ras mortaliū mortes amarior ꝛ penalior fuit. **C**aro quoqz sua
 beatissima quāto ab ōni labe peccati sincerior fuit: tāto vtiqz im
 passibilior extitit ad tormēta. **D**e martyrio suo spūali qđ in aiā
 passus fuit **S**ciendū qđ illud statim incepit cū primo ꝑcept^o fu
 it in vtero matris/ aiāqz corpori infusa. ꝛ durauit absqz inuallo
 trigintatribus cū dimidio annis/ quousqz aiā in cruce a corpore
 separabā. **E**t ideo adhuc in vtero mris ꝑstitut^o: amaritudinē
 mortis sensit: qz quicquid in nocte dum capiebat ꝛ sic de omni
 bus penis subsequētib⁹ passus fuit: hoc totalit^{er} inantea aiā sua
 sustinuit. ¶ **A**liud obiectū doloris eius fuerūt oēs mortis ꝛ pas
 sionum amaritudines/ ōniāqz martyria que vnqꝫ fuerūt scā aut
 inferēda electis suis ꝑo xꝑo. **O**m̄s enim ille penalitates ab
 dam quas quilibet homo vsqz in finē passus fuit aut passur^o er
 tam in corpe qđ in aiā sua penalisime fuerūt/ que ex ꝑpassiōe ip
 sum plus ledebāt ꝛ acriorē dolorē ingerebāt: qđ quilibet seorsuz
 sua pena corporal^{is} cum iam actualit^{er} pateret. **E**t hoc rōne cōre
 plationis/ qđ in efno speculo sue diuinitatis omnia creata ꝛ creā
 da presentia ꝑterita ꝛ futura semp ꝑntialit^{er} ꝑtemplabāt. **E**t er
 go in primo instāti infusiōis aiē in corpus incepit semp videre
 quousqz spiritū in cruce emisit omnes penas sibi futuras/ ꝛ oēs
 quas electi ab origine mūdi passi fuerūt/ ꝛ nascituri pati debe
 rent. hoc totū patiebat in inferioribus anime viribus. ¶ **A**lia
 causa erat superfluēs amor ad hominē. **P**aul^o enim ꝑsentiens
 lapidatiōem stephani/ audiuit a xꝑo **S**aul^o quid me ꝑsequeris
 vt **Act. ix.** scz in personis meorū amicorū. **L**aurenti^o insup vna
 nocte affatus/ **B**artholome^o semel excoziatus/ ꝛ sic de alijs. sꝫ
 ipse xxxiij. annis has mortis amaritudines passus est: qre nun
 qđ risit/ sed flens ꝛ fremēs spiritu/ quinquaginta annor^{um} cuz vix
 triginta esset/ apparuit: vt **I**ohis viij. inu^{it} eo vbo iudeorum

Decimatertcia

quinquaginta annos nondūz habes. vñ bñ dicit ysayas **V**ere
 lāguores nostros ipse tulit: z dolores nros ipse portauit **P**or
 tis postremo (relictis cā breuitatis alijs) eius amaritudo patu
 it in anime ei⁹ a corpore separatione. **N**os enīz morimur quia
 morti subiecti ex necessitate nostra/vel violētie nob̄ illate **C**hri
 stus at mortuus est non ex necessitate nature vel alicui⁹ violen
 tie/sed ex ptāte z propria volūtate. qz naturalia volūtati nre nō
 sibiācent. **C**ōiunctio autē anime ad corpus natural' est. vñ volū
 tati nostre non subiacet qd aīa corpori maneat vnita vel separet
Quicquid at in xpō naturale erat totūz volūtati eius subiace
 bat propi diuinitatis vtutem cui subiecta est tota natura. **E**rat
 ergo in xpī ptāte/ vt q̄ diu vellet anima ei⁹ vnita corpori mane
 ret: z statim cum vellet separaret ab eo **I**n cui⁹ signū clamauit
 expirādo. **N**os vero vix linguā valem⁹ mouere moriētes. **A**t
 tendāt igit xpī fideles qualē xp̄s amaritudinem passus fuit in
 morte/ sine fine sue p̄cipue passionis/ z deprecet eū vt per illum
 dolorē quem tunc passus est misereat aīe nōstre in egressu suo.
Et hec de xpī amarissimo dolore pauca sufficiāt. ¶ **S**ecun
 dum latus. ¶ **D**e secūdo latere sciendū qd ex speciali preuile
 gio hanc mortis aut qualēcūqz eius amaritudinē nō sensit ma
 ria **C**ōfitei hoc eccliaistica cōfessio. **N**am **G**regori⁹ inquit in
 collcā/ qd mortē subijt tēporalē/ nec tñ nexibus mortis depmi po
 tuit. i. doloribus mortis scdm dñm **A**nthoninū z dñm **A**lber
 tum ratisponē presul. in de laudibus gl̄iose v̄ginis marie circa
 clxxv. ca^m ita dicētez qd legiū in p̄logo sup **I**ohannē / qd ipse scā
 orōne positus est ad p̄res suos/ tam extrane⁹ a dolore mortis q̄
 a corruptione carnis. **S**ed beatissima v̄go maria impropor
 tio/ nabilis plus debuit esse aliena a dolore mortis. **I**tē **D**amasce.
Sed z ipsa brā beatarū que supra naturā domināriū exaltata
 est/ dolores quos effugit paries hos in xpī passionis tēpore sus
 tinuit/ a maternali p̄passione viscerū lacerationē tollerās: z quē
 deum cognouit per naturatē/ hunc vt malesicū vidit infectūz
Nunc ipsa seu gladio cogitationis lacerata **E**t hoc est/ tuā ipsi⁹
 animaz pertrāsibit gladius **L**uce ij. **E**x qua auctoritate inferri
 potest qd ille gladius ei⁹ per equipollentiā repnat⁹ pro martyrio

Sed post martyriū non est dolor mortis: ergo nec post hūc do-
lorem. equipollet enim ei. etiā ratione huius ei debetur auro:
la martyriū. **P**reterea duorū dolorū maior est medicina mino-
ris: sed anima scōm caritatē dolet esse separata a deo / sed scōm
naturam dolet diuidi a corpore: ergo ille tantū potest intēdi q̃
istum non puenit sentiri: ergo potest mori sine dolore. **P**ostre-
mo quicquid aptū natum est inducere languorez si continui t̃
intēda t̃ potest inducere mortem: **S**ed amor potest inducere
languorē: ergo t̃ mortē. **M**inor patet **A**more lingueo: ex can-
ticis iij. caplo **G**lō. pre amoris magnitudine ōnia tēporalia fa-
stidio. **E**x quibus pz q̃ sincerissima regina reginarū pre amore
t̃ sine dolore ad et̃hera scandit. **T**erciu latius. **E**x tercio
latere habet̃ qualis multi quib⁹ dolorib⁹ mortis de p̃ssī mortez
tū gratant̃ acceperūt. **P**ro quo scienduz q̃ vtriusq̃ t̃ bonis t̃
malis plus t̃ min⁹ amaritudo mortis in fine adest / nā pena illa
excedit omnes seculi penas. **C**uius ratio est / quia naturalis ap-
petitus anime ad corpus rumpit̃ / t̃ violatio huius appetit⁹ na-
turalis multū est penalis / sicut etiā in alterius morte. s. vxoris / fi-
liorum / t̃ amicorū / t̃ huiusmodi dolor est grauis. **L**egitur enim
de beato **A**ugustino q̃ illi visum fuit in morte cari amici sui me-
dium cordis ablatū fuisse. **U**bi enim est mirabilis p̃iunctio / ibi
mirabilis delectatio: sed in quorū p̃iunctione est maior delecta-
tio / in separatione maior dolor. sic potest dici de aīā t̃ corpe: ita
q̃ anima ante infusioē nūq̃ esse habuit: sed infundēdo fuit cre-
ata / t̃ creādo infusa. **Q**uāobrem legit̃ de **U**rsino medico qui
cum ppter p̃stantiā fidei sustinisset iam plura tormenta: dāna-
tus ad morte / cum deberet decapitari cepit expanescere / adeo
q̃ quasi inclinaretur ad fidē negādam: **S**ed sanctus **U**rsal mi-
les hec aduertens / cōfortauit eū: t̃ ad tollerandū mortē cōstan-
ter suis monitis induxit. **R**efert enim vt credit̃ **I**herosolim⁹
tannus episcopus **C**irillus quēadmodū defuncto glioso **I**be-
ronimo quedā orta fuit heresis / negās purgatoriu esse &c. **A**d
cuius impiissime heresis extinctionē / scūs **I**heronim⁹ nūc de-
functus procurauit a xpo tres mortuos suscitari: qui resuscitati
retulerūt vniuersis qui aderāt supplicia purgatorij ac inferni / at

Decimatercia

qꝫ sanctarū gaudia animarū. **Cūqꝫ** beatus **Cy**rillus ad vnum
trium illorū acerbissime plorantē venisset **Q**ui ab eo interrogat⁹
retulit int̄ cetera qꝫ in fine vite sue apparere glioso **I**heronimo
z eo iubēte mea anima recessit a corpe taz grauit̄ z acerbe qꝫ cer
te quāte fuerūt ille angustie z pressure/non capet mens huma
na nisi vt ego per experiētiā didicisset. **P**reterea ignorat quo
ducet post mortē: sciēs ex sacra scriptura plura esse animarū re/
ceptacula. **P**recipue illud ppheticū **I**n quācūqꝫ partē lignū
cecidit siue ad austrū siue ad aquilonē ibi erit. i. firmabit̄. **A**i
gnūm hic dicii hō siue arbor. **P**s. **E**t erit sicut lignū qđ plan
tarū est zc. **C**adit per mortē. fruct⁹ opa. folia vba. radices potē
tie. z potētie quidē sensitīue sūt radicate in aīā. sz opatiōes suas
exercēt p organa corpis/quib⁹ sunt affixe: vt potētia visina ocu
lis/auditiua aurib⁹/z hmoī intiozes ei⁹/vt fantasia/meōria/z a/
lie hnt̄ cellulas in capite. **S**ic ergo magna arbor que habet ma
gnas z multas radices bene fixas in terra: vtqꝫ nō potest euēl
liā terra/ nisi cum maxima violentia. **I**ta cum aīā debet separa
ri a terra corporis/ cum retrahit̄ potentias suas ab organis cor
poris z secum radicalit̄ deferat: hoc vtqꝫ sit cum magna violē
tia/ z tota vis nature ibi occupat̄. **U**bi autē ceciderit ibi erit/ cū
fructu suo malo vel bono. **A**d austrū in statu gratie z diuina/
moris. ad aquilonē vbi frigus/ in statu cōne pene. **I**am ergo se
curis ad radicē arboris posita est/ ad incidendū per mortē. **A**t
ergo **G**regori⁹ iij. moral. **E**lecti quiqꝫ cōsiderātes sollicitē qđ
districtus eternus iudex veniat imminuz suū quotidie pspiciunt
zc. **Cū** de om̄ibus hijs semp̄ districta dei iudicia ptemiscāt/ tñ
hec rehemēt⁹ metuūt cū ad soluēdū hūane pdirōis debitū
veniētes districto iudici propinquare se cernunt: z timor ille tā
to sit acrior/ quanto z retributio eterna propiquior. **C**rescit pa
uor vrgente carnis solutione. **E**t infra. **I**deo vrgente exitu sū/
tiliore z secretiore metu terretur/ nec enim immerito cuiuslibet
anima tunc terretur/ quādo post pusillum inueniet quod ineter
num vit̄ ire non posset. presertim quia z bonis eius actib⁹ mul
ta fuerūt p̄mixta. hec **G**reg. **O** hō insensate cur brutis indura
tior: **E**cce fugit ouis lupo appropinquāte. **A**bscōdet se timēs

columba visa accipitre/de antro suo egredi esuriens mus ambi-
 ente murice non audent: sed tu vides penā et iudicium instare
 nec metuis: Ideo plures quāvis sancti difficile exierūt: vt patet
 in vitā patrū. Angeli nāq; descendētes ad quēdam peregrinū
 desolatum in platea iacentē qui hortabant eū vt exiret/que tre-
 pidabat exire donec melodia dulcissima de celo veniens dulcib⁹
 modulis eā resoluebat a corpore. ¶ Quartū latus ¶ In q̄rto
 latere de tristē et amarū egressum patietibus habet. s. precipue
 malozū. Ultra enim hos dolores tres vehemētes patiuntur a
 maritudines. primo amoris: q; quātus amor intēsu⁹ ad filios/
 bona/siue ad quascūq; mūdiales res fuerat in vita: tanto acrior
 erit afflictio derelictionis. Durū est enim deserere filios/vxo-
 res/et hmoi. An Aug⁹ de sero penitēte ait. Quem morbo⁹ vr-
 get/et pena terret/ad verā vix veniet satisfactionē: maxime cum
 filij quos illicite dilexit/sint p̄ntes. et vxor/et mūdus ad se vocet
 de peni. di. vij. nullus. Et frequent ex inordinato amore filio-
 rum poti⁹ volūt perdere animā. q̄ aliena restituere/ne paupes
 remaneāt. ¶ An de quodā vsurario legi in infirmitate p̄stui-
 to/q; cum filij persuaderēt ad restituendū: ille r̄dit Q; si hage-
 ret ad hospitale eos ire oporteret. Porit̄ igit sine restitutōe
 facta/post mortē vnus filius totā partē sibi cōtingentē restituit/
 et dei seruitio se m̄cipauit. Alī vero retinuit suā partē/ munda-
 nis deditus/et inde ad modicū mortuus est. Quodā at die cuz
 oraret ille qui restituerat/vidit terrā apertā/et in cētro ignez in-
 fernalēz ibiq; iacere filiū sup patrē/alterq; alteruz maledicere.
 pater filiū eo q; amore eius illicite acquisierat/nec satisfecerat. fi-
 lius patrē eo q; talia male ablata sibi dimiserat. Caueāt igit a-
 mici ne nimiū filios egrotātis ad lectū siue p̄spectū ei⁹ ire sināt:
 quia dyabolus mille artifex corda q̄uis proborū egrotantiū p
 nimiā emolire nitit̄ cōpassionē/et inordinatā mētis allectionē/et
 sui ipsius negligentia. Caueāt igit et ipsi circūstantes amici/nec
 egrotātem nimiū infestēt ad sui legationē: vnus vero q̄rit sibile
 gari tantū/alius tantū/et tota eorū sollicitudo est de lana non de
 anima. Aliqñ etiā incipiūt euacuare capfas/quod videns infir-
 mus non parū angustiat̄. Coangustāt etiā aliqñ amici/ dome-

Decimatercia

stici/z proximi egrotū volentē de suis disponere/z non permit-
tant ad eū ingredi doctū religiosum/ne forte faceret sibi p̄ciētī-
am de restitutionibus/vel elemosinis pauperib⁹ in salutem aīe
sue dandis. decipiūt enim eū dicētes cito eū sanandū/cum tñ sit
periculū. z iō non modicū procho dolor z cōe est periculū mūda-
norū/vt in visitatione amicorū plus egrotantē ad vanā z ma-
ledictā vīte progationē inducere nitunt⁹ /q̄ ad securā hui⁹ picu-
losissimi euēt⁹ dispōnē. ¶ **S**ecūdus dolor est timoris: qz si vt in
precedētib⁹ timor bonos inuadit/liquet quātomagī malos/qui
oēm materiā mēre gerūt tioris. ibi p̄ctā p̄terita/z sic de alijs mē-
talibus ocul⁹ preponunt⁹/vt magī in sequēti cella dicef. ¶ **T**erci-
us dolor erit horribil⁹ demonū visiōis. de quib⁹ in p̄cedētib⁹ z
postea dictū est/z dicef. **E**t iō non incōgrue dicif circa p̄dicta
Ecclī iij. **M**ors q̄ amara est meōria tua hōi pacē hñti in sub-
stātijs suis/viro quieto. ¶ **C**irca vero p̄dicta notādū q̄ q̄uis
in plurib⁹ morientib⁹ non appet dolor/ sed aliq̄ dormiēdo mo-
riunt⁹/verū quidē q̄ a circūstātib⁹ nō videf pena: **S**z nescimus
quid int⁹ agat⁹/qz in corde est primū viuēs/vltimū moriēs. **E**t
qz mēbra extiora hīs destituunt⁹ virib⁹/z pri⁹ priuant⁹ opatiōi
bus suis q̄ iteriora/atqz sāguis p̄fluit/iō exteriora desolata ma-
nifestāt. vñ nec lingua clamare/nec man⁹ palpare/nec aures au-
dire pñt: s̄ tota vital⁹ vis manet in corde. z si possent mēbra exte-
riora moueri/magī signa doloris viderem⁹. **E**x graui vel trāql-
la resolutiōe a corpore nō p̄t stat⁹ elici bon⁹ vel mal⁹ post hāc vitā
sicut quidā ignorātes arguūt/qz mors sequit⁹ nature dispōne m-
de lege cōi sec⁹ est de diuina dispōne. aliqñ sācti multo penali⁹
moriunt⁹ q̄ reprobī: aliqñ ecōuerso. **N**az legim⁹ scīū **A**ugusti-
num/ **B**ernardū dolorib⁹ gūissimis decessisse. **I**n vitaspatrū
quoqz legim⁹ de duob⁹ coniugatis viro scō z vxore victosa/ quoz
vir cum magna pena mortu⁹: mulier āt cuz magī tranqllitate et
pace defuncta. **E**t post reuelatū fuit virū eē beatū: vxorē āt dā-
natam. **P**urgat igit⁹ de⁹ omnipotēs in pñti elcōs vt post sint se-
cū **E**cōtra reprobos hīc remunerat p bonis eoz vt in futuro
nil mercedis habeāt. vt p3 **L**uce xvj. de lazaro et epulone. **E**x
hijs patere p̄t tenuit⁹ mortis amaritudo vltima mortis cōditio.